

SAC. ROM. IMPERII  
PACIS LICITÆ  
DEMONSTRATÆ,  
VARIIS OLIM CONSENSIIS  
AGITATÆ,  
NUNC DEMUM MEDULLITUS  
DISCUSSÆ,  
ET AD BINAS HYPOTHESES REDUCTÆ;  
Prodromus & Syndromus,

*Sive*

ADDIMENTUM.

EST OPUS THEOLOGICO-POLITICUM;  
non solum Imperatori, Regibus & Electoribus, sed etiam universis Theo-  
logis, Iurisperitis, Historicis, & quibuscumq; Principibus & superio-  
ribus, quâ Ecclesiasticis, quâ secularibus hac rerum tem-  
pestate utilissimum.

ILLUD AD MENTEM SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI JO-  
annis Papæ I. Eminentissimorum Principum, Truchsessij Episcopi Augustani, & Pasmani  
Strigonicensis Archiepiscopi, S. R. E. Cardinalium; omnium ad unum Illustrissimorum  
Episcoporum, Reverendissimorum Abbatum, Praepositorumq;, Eximiorum & Clarissimo-  
rum Doctorum, qui Augustæ Anno 1555. Comitia Generalia Imperij celebrarunt, Illo-  
rum Jurisperitorum ( aut Theologorum potius ) qui RELIGIONIS PACIS Doctissimo li-  
bro illustrarunt; Juridicarum Facultatum Universitatum Friburgensis & Herbipolensis;  
Reverendissimi P. Didaci Quirogæ, Mariz Imperatricis Confessarij; nec non omnium, aug-  
ferè, Theologorum & Jurisperitorum, qui hoc seculo fuerunt in Germaniâ con-  
sulti; juxta Veræ Theologiz fundamenta, & Authorum  
Optimorum doctrinam,

SCRIBEBAT CARAMUEL.

FRANCOFURTI,

Apud Joan. Godofridum Schönwetter. Anno 1648.





# IMPERATORI DOMINE.

**I**nter idiomata Sanctum Christianumq;  
à nobilitate laudantur. Hebraum dicitur  
Sanctum, quòd Patriarcharum fuerit;  
& Syriacum Christianum, quod la-  
biis Christi, Deiparae, & omnium Apo-  
stolorum meruerit honorari. In utroque omnis salutatio  
à Pace. Legatur ab Empyreo Angelus, & purissima  
Virgini, Pax Tibi, aut, gratia plena, Dominus Te-  
cum. Nascitur Christus; applaudunt Terre Cœlites,  
& dicunt, Gloria in altissimis Deo, & in Terra Pax  
hominibus bonæ voluntatis. Vivit, moritur, re-  
surgit Christus, nec aliam Discipulis salutem aut fælici-  
tatem concedit, quam à Pace.

Hoc conceptu preventus, Invictissime Cæsar,  
ad Tuos pedes provolvor, & qua Tibi plurimarum pe-  
rito, debeam linguâ dicere salutem ignoro. Ecclesia &  
Imperijs res agitur; & in tam sublimi arguento ille u-

Lingua sancta  
& Christiana.

Salve Hebrei-  
ca & Syriaca  
**שלום לך**

Pax Tibi.  
Notavit id  
Hieronymus,  
& ex illo Gui-  
do Carmelis.  
Matth.10.  
v.12.

Pax cum saudis.

S. R. Imperij  
**P A X**  
**LICITA DEMON-**  
STRATA.  

---

**ANNO M.DC.XLVIII.**



## DISPUTATIO I.

## THEOLOGICO-PO-

LITICA. AN IMPERATOR, NON  
OBSTANTE RESERVATO ECCLESIASTICO,  
possit Protestantibus bona Ecclesiastica occupata relinquere  
usque ad futuram Religionis concordiam?

**N**aturalibus & Moralibus scientiis ultimam manum imponere erat animus, non tractare Politica. Exornabam quatuor librorum editionem, quam si hic Liber retardat, saltem precursor pollicetur. *Primus Tomus Rationalis, Naturalem, & Divinam Philosophiam complectitur* (cujus aliquæ Partes Lovaniæ editæ) ad Genium parcissimum eliminatam, novâ traditam methodo, & præter Thomam, Scotumque quod huc usq; ab aliis fuit præstitum, Empedoclem, Pythagoram, Paracelsum, Fiennum, Beverovicium, Campanellam, Seneturum, Cartesium, aliosque tum veteres tum recentiores, singulatim discutientem & examinantem. Singulatim quidem, quoniam communis opinionum pertinaciarum via, dum universas miscet, doctrinæ consequentiam perturbat, & mentes obnubilat studiorum. Volui Peripateticæ doctrinæ hostes audire, quia cum ipsa semper prodiga, & plerique falsa à plurimis monstrata fit, audiri debent singuli, aut frustra de inveniendâ veritate confiditur. *Alter Tomus Moralem Philosophiam complectitur*, ante me, quem videtim, à nullo scripturam. In eo Dialetica moralis traditur; agitur de moralibus Apprehensionibus, Iudiciis, & Discursibus; de moralibus syllogismorum formis, & morali propositionum efficacia. In ipso tota Physica; libri omnes de Generatione & Corruptione; omnes de celo & Mundo; omnes de Anima; exponuntur moraliter. Adduntur Medica, Politica, & Summaria moraliter examinata. Volumusq; sic ut Scholaistica Theologia Philosophia Naturalis, sic Moralem mora-

I.  
Occasio scri-  
bendi.  
Libri Authoria  
statim evul-  
gandi.  
Philosophia  
Naturalis.

Philosophia  
Moralis.

IUDICIVM  
THEOLOGICVM  
S V P E R  
QVÆSTIONE , AN PAX  
qualem desiderant Protestantes,  
sit secundùm se illicita?

EX

Principiis Christianis, sententia veteris Ecclesiæ,  
Summorumque Pontificum deductum:

*Iis, qui publica tractant, conscientiam suam curant, aut alienam  
dirigunt, lectu utile ac necessarium;*

Operâ ac stud o E R N E S T I de Eusebijs,  
civis Romani;

Sumptibus & Typis Theodosij de Siccocella  
Armona :

Ecclesiopoli, ad Insigne pietatis:

---

Anno 1648.



# INDEX CONTENTORVM.

Sectio I. Qualem pacem desiderent Protestantes?

§. I. Generalis huius pacis idea?

§. II. Quas conditiones Pax Religionis continet?

§. III. Quantum damni & præjudicij hæc conditiones Catholicæ Religioni inferant?

§. IV. Qualem Amnistiam cupiant Protestantes;

Sectio. II. Quibus Argumentis ostendi videatur licet eiusmodi Pacem, etiam perpetuam fanciri?

Ratio I. Non est ex se illicitum.

Ratio II. Deus mala permittit.

Ratio III. Zizania non euellenda.

Ratio IV. Vasa sacra vendi possunt.

Ratio V. Ecclesiasticorum obligatio & fundatorum intentio.

Ratio VI. Necesse est facit omnia communia.

Ratio VII. Absque hoc remedio Pax desperanda.

Ratio VIII. Bonaintentio.

Ratio IX. Exempla.

Ratio X. Sententiae huius probabilitas.

Sectio III. Quædam in hac arduâ questione præ oculis habenda.

I. Permissio mali triplex.

II. Permissio quæ licita, vel illicita;

III. Permissionis cooperantis natura.

IV. Non quia licet tolerare, licet absolutè pacisci.

V. Principibus politicis nulla jurisdictione Ecclesiastica competit.

VI. Quod ex se peccatum est, necessitas licitum non facit.

VII. Omnium Statuum Catholicorum interest Pacem illicitam non fieri.

Sectio IV. Pacem cum illis conditionibus, quas volunt Protestantes, ex se illicitam esse demonstratur.

PACIS IMPERII, PRODROMVS,  
SCRIPSIT CARAMUEL  
EMINENTISSIMO PRINCIPI  
ANSELMO-CASIMIRO  
MOGUNTINO ARCHIE-  
PISCOPO, &c.

S.R.I. PRINCIPI ELECTORI &c.  
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO S.P.

**N**IRI posse cum Hæreticis pacem, dari & recipi fidem, demonstravi, ut opinor. PRINCIPES EMINENTISSIME; at quoquieret aliquis, *An ne haec ipsa fides, qua Hæreticus datur, sit servanda? hoc est. An Catholicis teneantur sub mortali servare fidem daram Hæreticu;* an vero non servantibus fidem Deo, fides possit aut debeat non servari? Respondeo servati debere, nec esse vel unum Authorem boni nominis, qui docuerit contrarium; nece audiendos Hæreticos, qui ut libertus contra quos violent, imponunt nobis sententiam, *qua Hæreticus fidem noniri servatum delirat: Quod & olim notavit Beccanus, qui in Tract. de Fide Spe & Charitate cap. 16. conqueritur contra Heterodoxos his verbis. [ Adversarij, ait, præsertim Calvinistæ, duplicitet hic peccant. Primo, quia affingunt Nobis contrariam sententiam. Aliunt nos docere, non esse fidem hæreticus servandam; quod est apertum mendacium. In quo similes sunt rhaeticis, quæ tametsi ex ore Christi audierant: Reddite, quæ sunt Cesari. Cesari, tamen ausi sunt illi obuicete coram Pilato: Hunc audivimus subversantem gentem nostram & prohibentem tributum dari Cesari. Planè sic agunt Nobiscum Calvinistæ. Publicè protestamus, fidem servandam esse hæreticis; & tamen vociferantur; Hos audivimus negantes, fidem servandam esse Hæreticis. Neque hic siffont. Hoc mendacio tanquam praetextu quodam abuiuntur, quasi ipsi impune li-*

CDXXXVII.  
*Fides debet servari Hereticis.*

*Nemus prudens  
Catholicum docuit contra-  
rium:*

*Ex iamen per  
calumniam traxi-  
ducimus.*

pere liceat, sed quia ipse à duorum voluntate penderet, & ab uno alio invito nunquam intiri, & raro servari possit. Vel si dubites, adhuc stemus casui profiro. Ambrosius die debitâ non dedit litteras, sed fidem fregit; an-ne potes tu servare contractum? vel si potes, quo modo? Dabo, inquires, adhuc illi illos argenteos. Sed quos argenteos? Debitos? non, quia nullos debes: ergo indebitos. non igitur ex vi contractus, quo subsistente deberentur. Ergo physicè impossibile est, ut fidem Ambrosio frangenti fidem serves; impossibile, quod eidem frangenti fidem, fidem frangas; quoniam in casu, quam servare velis, aut frangere valeas, nulla est fides.

Rem dilucido secundo exemplo. Petrus Joannesq; mutuo consensu se colligant catena ferre; ergo vi hujus vinculi Petrus ligatur Joanni, Joannes Petro. Fastidit hic catenæ pondus, frangit annam, & se solvit ab altero an-non eodem ictu quo se Petrus solvit à Joanne, solvit Joannem à se? Ergo fracta à Petro catenæ, quid suadebimus Joanni? ut maneat concatenata, Petro, an quod frangat vincula, quibus tenetur Petro? Neutrum omnino. Fractis enim annulis à Petro ipse solitus est, nec indiget nova fractione, ut evadat.

Dictum petat. Fidelitas catena est, quæ duos devinit; frangi potest; ab alteruero frangatur ipsa, utero; statim liber est. Si frangatur à Petro, non debet dici Joanni, *Petro frangenti fidem, fides frangatur eidem*; fides enim fata, integra servari nequit, frangi non potest. Sed debet Joanni potius dici, *Petro frangente fidem, non manet fidei integritas, quia hstringi Joannes possit; non manet fidei integritas, quam observare debet, vel valens: ergo ad nihil teneru.* Sed quia hoc voluit suo axiome significare *Sixtus Pontifex*, de vocibus non disputabo. Nototamen, eandem solete Regulanis altis verbis proponi, nimis rursum, *Frustra sibi quis fidem postulat ab eo servari, cui fidem à se præstata servare recusat: quæ in idem récidunt, sed Textui magis consona, & multò clatiora videntur.* Vide Sextum Decretalium, Reg. LXXV.

Hinc oritur agitatio dubitandi occasio: An-ne Hæreticus Fidei rapio censendus sit? An frangat fidem Deo adeoq; talis sit, cui fidem servare non debemus, possimusve? Respondent negativè Catholici; docentq; aliud est peccare contra fidem, & aliud contra fidelitatem; hereticosq; communiter cum Ecclesiæ decredon, fidelitatis vinculum non rumpere, non enim omnes se fore Romanos promiserunt. Quodsi promiserint, non ideo se liberaant à contractu humano, quod frangerint fidem divinam. Pono exemplum. Si Petrus uno vinculo legatus Joanni, altero Antonio; si rumpat primum vinculum, Joannes ligatus ei non est; manebit tamen secundum vinculum, quod Petrum Antoniu, Petro Antonium devincit. Igitur, si homo fidem alteri (homini aut Deo) debitam violeret, modo ubi fidelis sit, teneris stans promissis.

Hæc in communis dicta, ad speciales Canones reduci possunt, quos interabit expendere, ut Fideli atis (hanc *Fides nominis intelligimus*) vinculum, melius intelligatur.

*Doctrina en-  
tiosa, & valde  
vera.*

*Novo exem-  
pli illustratur,*

*Corrigitur mo-  
dus loquendi.*

**C D X L I I I I**  
*Controversia  
appendicis.*


# OMNIA.

Væ hucusque disputata, eò collimant, ut Pacem  
 Religionis exponant: defendantque fuisse li-  
 citam, si necessaria; nihilque in ipsa contineri,  
 quod ut medium ad maius damnum vitan-  
 dum non potuerit assumi. Debuerunt omnia  
 singulatim & diligenter discuti; quoniam fa-  
 lices illi homines, qui Regiones inhabitant, quas manutenet in  
 Religione Catholica Tribunal sanctæ Inquisitionis, cùm vix &  
 libi Hæreticum, quām igni adiudicatum viderint, condemnant  
 statim pusillanimitatem Caroli & Ferdinandi, qui cùm Hæreti-  
 cis, hisque subditis, sub tam crudis Articulis publicam Pacem in-  
 ierunt. At Tarca ex uno latere, Gallus ex alio, ex alio Hæreti-  
 ci immensis copiis totam regionem devastabant: Carolus nescie-  
 bat quid inciperet; Ferdinandus ignorabat quid faceret: & u-  
 terque in re ardua ex Archiepiscoporum, Episcoporum, Abba-  
 tum, Prælatorum, Principum, quorum singuli suos habuere Con-  
 siliarios, Theologos, Iureperitos, pios & doctos, consilio & assensu  
 processit. Catholicus ille summo: um virorum Confessus, ponde-  
 ratis periculis & necessitatibus Germania, pronuntiavit quod  
 sapuit; Casar Carolus, in quem seruebant Lurtheranorum animi  
 ob præcedentes condemnationes, depositiones & proscriptiones, se  
 subtraxit, ut facilior posset emergere ratio compositionis; Ferdi-  
 nandus fecit quod potuit; & si plus debuit, ad impossibilitatem  
 batur: Hoc non credimus; sed ut videamus, An aliquis Articu-  
 lus sit, qui aliter debuerit iniri, Textum ipsum accurate le-  
 gamus.

Pax heresi ne-  
 cessaria fuit; licet  
 ea fuit.

I. Inquisitionis  
 Tribunal Ca-  
 tholicam Eide-  
 conseruat.

Melius Ferdi-  
 nandus quām  
 Carolus potuit  
 conciliare & at-  
 temperare disso-  
 nos Hæretico-  
 rum animos.



# PAX RELIGIONIS

inter Ordines Imperii Catholicos, & Augusta-  
næ Confessioni adherentes, edita in Augusta-  
nis Comitiis dic xxv. Sept. Ann. MDLV.



Er Ferdinand / rc. Dieweil auff allen vor dreissig  
oder mehr Jahren gehaltenen Reichstagen / vnd etlichen  
mehr particuar Versammlungen / von einem gemeinen  
behärlichen vnd beständigen Frieden zwis den des Heil.  
Reichs Ständen / der freitigen Religion halber auff  
zurichten/vielfältig gehandlet / gerathchlagt / vnd es ist  
die mal Friedstände auffgericht worden / welche aber zu  
Erhaltung des Friedens niemals genugsam gewesen/  
sondern deren unangesehen die Stände des Reichs für vnd für in Wider-  
willen vnd Mißvertrauen gegen einander stehn blieben / daraus mit geringer  
Unrathe sein Ursprung erlangt. Wofern dann in wehrender Spaltung der  
Religion ein ergänzte Tractation vnd handlung des Friedens in beider der  
Religion vnd Prophan oder weltlichen Sachen nicht vorgenommen wird/  
vnd in alle Wege dieser Articul dahin gearbeit vnd verglichen / damit bis  
derseits Religionen hernach zu vermelden/wissen möchten / was einer sic in  
dem andern endlich zu verschen/dass die Stände vnd Unterthanen sich bestän-  
diger vnd gewisser Sicherheit nicht zugetreten / sondern für vnd für ein jeder  
in beträchtlicher Gefahr zweifelich stehet müst. Solche nachdenckliche Unsi-  
cherheit auffzuhebe der Ständen vñ Unterthanen Gemüther widerumb hin Rus-  
he vnd Vertrauen gegeneinander zu stellen / die deutsche Nation unser gesiebtes  
Vatterland für endlicher Zertrennung vnd Untergang zuverhüten / haben  
wir uns mit der Churfürsten Räthen / vnd geordneten erscheinenden Fürsten  
vnd Ständen / der Abwesenden Bischafften vnd Gesanden / vnd sich in al-  
der mit uns sich vereinige vnd verglichen.

Seyendennach / erdnien / wollen vnd gebliethen / dass hinführe niemands/  
was Würden / Stands oder Wesens der sey / vmb keinersey Vrachtien willen/  
wie die Nahmen haben möchten / auch in was gesuchtem Schein das geschehe/  
den andern befahlen / beitreten / verauben / fahen / überziehen / belägen / auch  
darauf sich selbst / oder jemands andern von seinem wegen nicht dienen / noch  
eintg Schloß / Stadt / Markt / Befestigung / Dorffer / Höffe vnd weiler/  
absteigen / oder ohn des andern Willen / mit gewaltiger That freundlich einne-

# VERSIO, LATINA.

**N**os FERDINANDUS, &c. Quandoquidem in omnibus intrigista, & amplius ab hinc annos celebratis Imperij Comitiis, & quibusdam aliis particularibus Conventibus, de Communi duratura, & constante pace inter Sacri Imperii Status, propter Religionis dissidium, statuenda, variè tractatum, ac deliberatum fuit; & aliquoties inducere constitutæ: quæ tamen ad pacis conservationem nunquam suffecerunt, sed, iis nihil obstantibus, Imperii Ordines in frequentibus inter se discordiis atque dissidentia permanerunt: unde non exigua detimenta provenerunt: Nisi autem durantibus Religionis dissidiis, plena tractatio Pacis, in causis tam Religionis, quam profanis ac civilibus instituatur, & omnimodè articulus iste ita componatur, ut utraque pars Religionum postea nominandarum, scire possit, quid ad extremum una pars ab altera sibi polliceri debeat; neque status, neque subditi ipiorum firma, certaque securitate frui possunt; sed continuo de imminentे periculo dubii hærete debent. Ad has estimabiles incertitudines tollendas ac Statuum & subditorum animos ad quietem mutuamque fidem revocandos, Germanamque nationem, dilectam nostram patriam ab extrema dissipazione & interitu vindicandam; Nos, cum Electorum Consiliariis, presentibus Principibus, ac Statis bus absentium Nuntiis & legatis atque ipsi vicissim nobiscum convenimus, & transfigimus.

Statuimus itaque, ordinamus, volumus & mandamus, ut nemo in posterum, cujus euoque dignitatis, status, aut conditionis sit, ob ullam causam, quo cunque nomine appelletur, aut sub quo cunque pretextu id fiat, alterum invadere, armis aggredi, spoliare, capere, infestare, obsidere, neque ad id per se, vel per alium nomine suo, auxilium ferre; Neque ullam arcem, civitatem, oppidum, munitionem pagum villam introire & sine alterius voluntate per vim temerariè occupare, vel periculose per ignem aliasve modos devestate; Neque quisquam patrantibus consilium, auxilium, vel quovis modo patrocinium praestare, colvè scienter ac periculosè in hospitium aut domum suscipere, cibum potumve præbere, sustentare aut detinere audeat; Sed unus quisque alterum in verabenevolentia, & Chrtianæ prosequatur, nullusque status aut membrum Sacri Imperii alteri, qui loco competente justitia se subiaceat vult, libertam committatus advectionem, victimum, negotiationem, redditus census, ac proventus intercipiat aut detineat: Sed Cesarea Maje-

Ferdinandus I.  
non erat Imperator, sed Romanorum Rex,  
& ut constat ex:  
Articulo IV.

huius diplomatiæ nomine Caroli V. Imperatoris his Comitiis præsedidit.

Hac pax solum servet Catholice & Lutherani ut constat ex art. 3. num. 185.

Nota illa verba, de imminente periculo.

Amicitia et  
minium concordiarum basis  
& fundamen-  
tum.

Omnia sunt  
salva, cum se  
contententes  
competent i Tri-  
bunali & Indi-  
cis submituntur.

# INDE X.

## DISPUTATIONUM, QUÆSTIONUM ET ARTICULORUM.

*Omnis numeri sunt marginales.*

**Praemittitur Epistola De-**  
**dicatoria, & in ipsa gra-**  
**vis quæstio militaris de-**  
**ciditur. Sequuntur**  
**Theologico - Politica**  
**Propositiones, & earum-**  
**dem Censuræ : addun-**  
**turque Consultationes**  
**XV. dignæ lectu, ut vi-**  
**deat Mundus quantâ**  
**deliberatione singula**  
**sint facta in Germaniâ.**

### DISPUTATIO I.

#### THEOLOGICO - POLITICA.

**A** N-ne Imperator non ob-  
 blianter reservato Ecclesiastico  
 possit Protestantibus bona  
 Ecclesiastica occupata relin-  
 quere usque ad futuram Religionis con-  
 cordiam.

Occasio scribendi. 1. Libri Autho-  
 ris statim evulgandi. 1. Philosophia  
 Naturalis. Philosophia Moralis. The-  
 ologia Moralis. Secunda Theologie  
 Regularis Pars. Libri hi jubentur  
 hætere, ut Tractatus iste de Pace Im-  
 perij componatur. 1.

*Anselmi Casimiri Eminentissimi  
 Princeps Moguntini. S. R. I. Elektoris  
 Epistola. 2.*

*Authoris ad eundem Responso. 3.*  
 exponitur summa consultationis diffi-  
 cultas. 3. Quæstio proponitur. 3.  
 Fidelis servus & prudens ille est, qui  
 dicit quæ sapit ; & facit, quæ potest.  
 3. Deus impossibilia non jubet. 3. Pro  
 Dœ & Auctiæ Domino Princeps E-  
 lector Moguntinus supra vites opera-  
 tus est. 3. Luthero olim nomine Leonis  
 X. restitutus ; et ejusdē liberos in suā Uni-  
 versitate Moguntiā damnavit igni, & à  
 Carolo V. ut idē fieret in Coloniâ ob-  
 tinuit. 3. & nūc eodē modo procedit. 3.  
 LECTURÆ. Sæpe Politici cœlestia  
 terrenis confundunt. 4. Divitiis omnib.  
 majoris faciendam unam animam. 4.  
 Ita nos docuit Rex Sodomæ, ita etiam  
 D. Benedictus. 4. Tres